



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Henr. Harphii Theologi Ervditiss. Ordinis
Minorvm, Ac Rervm Divinarvm Contemplatoris eximij.
Theologiæ Mysticæ Libri Tres**

Henricus <Herpius>

Coloniæ, 1611

Propriam quæstionem & voluntatem summo studio esse necandam. Cap.
XLIII.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37362

Exercitia
fortia qua-
tenus exer-
cenda.

Cordis
clausura.

cordis adhuc sursum ascendit, & si habuerit caput debile, diu durabit iste ventus: si verò fortis capite fuerit, peribit mox vt exercitium dimiserit: imò non recipiet ipsum, nisi cum punctiõibus, quæ statim recedent. Et secundùm hoc necesse est vt vigorosa stimulatua exercitia moderetur, ne caput suum nimis debilitet, sed expectet (moderata exercitacione) donec exercitium per se subtilius efficiatur, quia quãtò diutius se homo in isto exercitauerit, tantò aptior semper efficitur spirituales impulsus recipere, & vti sine læsione. Simili modo contingit ex isto magno vigoroso, impetuoso, aut stimulatuo exercitio, quò sanguis circa cor propter ingentem calorem & pressuram bullire incipit, præsertim in illis, qui natura impetuosi & studiosi sunt, & affectiõne stimulatui aut impulsui, qui licet sentiant præfatam calorẽ circa cor, aut sanguinis ebullitionem, nihilominus instant se per suum exercitium semper perurgendo sine discretione: finaliter autem sæpe seipso perducunt in magnam tribulationem, quia sanguis ex cõtinua ebullitione circa cor, valde ingrossatur & inhabilitatur. Et cor hominis (quod naturaliter se aperit in omni iucunditate & affectuositate, in omni actiuosa deuotione & sensibili amore) naturaliter se claudit, eò quòd non vult recipere grossum sanguinem iacentem circa cor, ingrossatum ex nimio calore, qui euenit in exercitacione: & tunc spiritualis iucunditas vertitur in mœrorem, quia naturale est vt clausum cor contristetur, & triste claudatur. Hæc autem clausura cordis frequenter tam firma efficitur, vt nullo modo iterum velit aperiri: & tunc priuantur omni deuotione sensibili aut experimentalis, & sensibili amore: tunc conqueruntur, se à Deo derelictos, & in pusillanimitatem deueniunt, & penè in desperationem, cum tamen verè hoc sibiipsis fecerint per indiscreta exercitia, quibus naturam inhabilem fecerunt ad seruiendum spiritui. Et quantò amplius laborant cum violẽtia pro deuotione recuperanda, tantò magis ab ea elongantur. Etiam per impatientiã & inquietudinem cordis magis indispositi efficiuntur, obtenebrantur, obdurantur, & peruertuntur in seipsis, perducuntq; se ad ineffabilem angustiam & tribulationem, de quo postea tangemus.

Propriam questionem & voluntatem summo studio esse necandam.

Cap. XLIII.

Secundò in isto gradu est prudenter aduertendum, quòd ad fidelem amatorem spectat instar apis argumentosa circumuolare rationis:

tionis & considerationis alis super omnia dona dilecti, tam præterita, quam præsentia, charitatiuæq; discretionis aculeo sic singulas suauitates diuinæ consolationis delibare & gustare, vt in nullo dono moras contrahat quiescendo, sed ex quolibet materia assumat spiritualis mellis, hoc est, spiritualis laudis & gratiarum actionis: illoque onustus reuoluet cum affectu ad diuini amoris vnitatē, in qua cum Deo manere desideret in æternum. Et isto diuino amore voluntatem suam tam firmiter obligabit, omnem proprietatem suæ voluntatis tam plenè in diuinum beneplacitum resignando, vt nullam aliam in se voluntatem sentiat, quam diuinam. Et tunc verè contrahit spiritualia sponsalia cum Deo, animā suam desponsans in electam sponsam Christi. Contra autem quamdiu voluntas sua non est conflata amoris igne in beneplacitum Dei, tamdiu argentū à plumbo non est depuratum, hoc est, voluntas nostra nondū purgata est à proprietate, qua nos ipsos quarimus & intendimus. O venenosa proprietatis, quam magnum impedimentum facis in his, qui desiderant proficere in virtutibus. Tu enim omnia bene acta hominum inficis, & efficis ea Deo minus placita: tu abuteris omnibus donis Dei, facisque ea hominibus inutilia. Et ideo nemo facile debet arbitrari se aliquam sanctitatem adeptum, cum datur sensibili deuotione & amore: quia multe affectiones & sensiones plerumque consurgunt in homine, quæ magnæ reputantur, cum tamen nil aliud sint, quam innati appetitus naturæ aut volūtates propriæ, proprii sensus, nouitates, & curiositates, & à plerisque reputantur magnæ sanctitatis indicia. Nā præsertim infra 40. annum natura multum inclinabilis est, inconstans & affectuosa, quaritans seipsam frequenter in suis exercitijs, commodum videlicet spiritualis saporis & oblectationis vel solatijs, ipsa tamen natura ignorante: & ubi se homo putat fouere spiritualem vitam, pascit naturam propriam cum voluptate: & fortificat propriam immortificatam voluntatem, nisi desiderio potiori, & diligentia fideliter insilat propriæ mortificationi in omnibus & relictioni, & secundum exteriorem & interiorem hominem perfectæ assimilationi Christi, tam secundum humanitatem, quam secundum diuinitatem eius purum & intensum amorem semper in Deū subuehendo, & in solo largitore omnium donorum quiescendo. Et ad ista propriè deseruit quartus gradus amoris, cuius tres primos gradus tetigi in consurrectione vitæ actiuæ, qui appellatur amor calidus: quia est illorū, qui in tantum appropinquant dilecto, vt igne amoris eius

Quiescendū
in nullo
dono Dei.

Resignatio
voluntatis.

Voluntatis
proprietatis.

Inconstātia
naturæ.

Supra cap.

23.

Dddd 2 valde

Amor ca-
lidus.

valde incalescant: quod inde accidit, quia nullum medium patiun-
tur inter se & Deum, ita quod amor eorum oritur ex amore Dei, ni-
hil in amando aliud quarens, quam purè & nudè solum Deum. Ut autè
melius ad illud perveniatur, & in eo perseveretur, debet homo assu-
mere consuetudinè offerendi Deo sedulam oblationem affectuosè &
amorosè gratiarum actionis, & eniti statim renchere in Deum amo-
roso effluxu, omnia accepta dona, gratias, virtutes & spirituales con-
solationes, recognoscendo perfectè, se ista non ex se vel suis meritis
recepisse, sed duntaxat purè ex abyssali largæ bonitate Dei: fatendo
etiam se indignum omnibus donis à Deo receptis, ex intima recogni-
tione propriæ vilitatis, & hoc modo poterit idoneus fieri ad plura do-
na recipienda.

Rechenda
omnia in
Deum.

*Tertius gradus consurrectionis, omnia penetrans creata, et animam
vulnerans. Cap. XLIV.*

Inuitatio
inæterna.

Tertius gradus istius consurrectionis fit in quadam exercitatio-
ne, & inuitatione, aut allectione cordis ad altiorem, & puriorem
complexum divini amoris in vnitatem cordis. Hæc inuitatio su-
per omnes priores delicias, & consolationes cor amantis replet: quia
sicut cognitio hominis in isto gradu subtilior efficitur, ita etiam affe-
ctio, sensio, inactio gratiæ, intentio & amor multo sublimiora, dulciora,
nobiliora, & puriora fiunt. Hæc enim excitatio siue inuitatio, est
quædam æterni solis illuminatio, dans homini cognitionem, & deside-
rium omnia dona Dei, suavitatis videlicet, & consolationis prætere-
undi, atque sine dilatione consurgendi in nuda brachia nudi divini a-
moris: quia in isto gradu Deus trahit hominè, & omnes vires eius ad
se, & omne quod infra Deum est, fit ei nimis modicum, & vile ad qui-
escendum in eo. Isto divino tractu cor ineffabili dulcedine, & incundi-
tate dilatatur, atque expanditur, ita ut non facile humana virtute va-
leat claudii: omnesque vires animæ preparant, & ornant se ad requief-
cendum in vnitatem spiritus, cum dilecto in lectulo amoris, & pacis, cor
etiam ipsum, eò quod tam late apertum est, læditur & vulneratur.
Quamvis autem læsionem amoris patiat, tamen tristitiam non ha-
bet: quia amoris vulneratio est dulcissima passio, & levisima poena.
Nec hoc mirum est, cum scriptum inveniatur, nonnullos, propter tan-
tam cordis ad apertionem mortè incurrisse. Et istud accidit ex gau-
dio, voluptate, vel amore, prout in libro Apum legitur, quod Brugi
deuota

Cordis
apertio.